



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

IV. Confugiense Monasterium à S. Kvnegvnde exstructum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

## CAPVT TERTIVM.

Templastudio, S. Kunegundis  
condita.

**D**Enique post nullam fecundissimæ plantatio-  
nis sua Ecclesiam Babenberg, quam cum illo stu-  
diosissimo suo cooperatore HEINRICO in loco  
Babenbergen, venustissimè, sicut hactenus cer-  
nitur, fabricauit sub patrocinio Principis Apostolorum P B-  
TRI atq; S. GEORGII Martyris, monasterium sub regula san-  
cti Benedicti ad aquilonarem plagam, in honore S. Michaëlis  
Archangeli, extruxit, non minori studio prædiorum, ac di-  
uersorum donariis ornamentorum. Tertiam demum versus  
meridiem, sub Ordine Canonicorum, sub titulo S. Stephani  
Protomartyris, paruo quidem schemate, sed maiori opera, de  
suo patrimonio ecclesiam fundauit. Ad quam dedicandam  
BENEDICTVM Papam, quem præfatus D E O dignus Henri-  
cus Imperator, ad confirmandum Babenbergen, Pontifi-  
catum aduocauerat, venire rogauit. Ipsa autem illud psalmo-  
graphi secum decantans: Domine dilexi decorum domus tua; diuersa  
eidem Ecclesiæ, iuxta imperiale munificentiam, munera  
contulit in diuersis Ecclesiæ ornamentis. Quæ omnia ipse Do-  
minus Apostolicus, ut semper memoria ipsius fundatrixis il-  
lic floreat, ne quando per fraudem, aut violentiam, vel furto  
inde subtrahantur, dura banni sui innodatione, septuaginta  
quóque duorum Episcoporum, qui ibi aderant, autoritate,  
ipso die confirmauit.

Hec omnia clausa  
ra sunt ex scripta  
S. Henrici: qua  
prius legi de-  
bet, & hoc pro-  
bè intelligatur,  
præsupue cap.

6. Et 7.

Vide Vitam S.  
Henrici cap. 23.  
Et 24.

Psal. 23.

## CAPVT QVARTVM.

Confugiense Monasterium à Kune-  
gunde exstructum.

**C**on Monasterium in honore Salvatoris, & eius  
victoriosissimæ Crucis, in loco, qui Confugia dicitur,  
magnificè construxit, & ancillarum Dei libidem

O 3 D E O

Deo secundum regulam S. Benedicti seruientium congregatiōnem decentissimē ordinauit. Porrō cooperante ei in omnibus imperiali maiestate, idem Monasterium omni ornatus decorauit. Ante principale altare \* iconam ex auro & lapide preciosissimo statuit; calices aureos & argenteos, catinos, vreos, pallas, casulas, vela, cortinas, cappas auro & gemmis preciosis intextas, & cetera vresilia, sive vasa ministerij tanto studio, & tam sumptuosis impensis eidem Ecclesiae contulit, ut quicunque ea intuentur, regiam munificentiam, & miram vtriusque Imperatoris videlicet, ac Imperatricis in Deum devotionem magnoperè mirari non cessent.

## CAPVT QVINTVM.

*Munificentia S. Henrici, & S. Kunegundis in varias Ecclesias.*



Rēter has principales suæ fundationis & primarias Ecclesias; quæ Conuentualis Ecclesia, quæ monasteria illorum donatiuo nō gloriantur, aut in prædiis dilatata, aut decorata ornamentis? Alias enim antiquitate collapsas redificauerunt; quasdam etiam destrutas, & ad nihilum redactas, in pristinum, vel in meliorem statum restaurauerunt, & sicuti prudentes Virgines oleum suæ misericordiæ in diuersos effuderunt, ut merito dicere possint, *Christus bonus odor sumus in omni loco.*

O coniugium non voluptate, sed bona voluntate copulatum. O sanctum matrimonium, vbi una fides in uiolatæ castitatis, vbi unus spiritus misericordia ac veritatis; vbi idem velle in virtutibus, idemque nolle in vitiis: vbi nec primus, nec alter discerni potuit, dum alter, quod primus, voluit; vbi par animus, in multis operum effectibus, pares in duobus ostendit affectus. Quales has nuptias dixerim, nescio. Vnum scio; quia nescit nostra modò regio tales, dum illi propter regnum celorum se castiantes, nec prolem terrenæ fecunditatis expectantes, cælibem à Deo generationem receperūt: à quorum

*2. Corinth. 2.*

*Matth. 19.*